BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 238v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



effoderis illam: tunc intelliges timo
rem domini. et sciam dei inuenies:
quia dominus dat sapiam. et ex ore eius
scientia. et prudentia. Custodiet rectorum
salutem. et protegit gratientes simpli
citer. Seruans semitas iusticie. et
uiam sanctorum custodiens. Tunc intelli
ges iusticiam. et iudicium et equitatem:
et omnem semitam bonam. Si intrauerit
sapientia cor tuum. et scientia anime
tue placuerit. consilium custodiet te. et
prudentia tua seruabit te. ut eruaris
de uia mala. et ab homine qui per
uersa loquitur. Qui relinquunt iter rectum.
et ambulant per uias tenebrosas. qui
letantur cum male fecerint. et exul
tant in rebus pessimis: quorum uie per
uerse. et infames gressus eorum. Ut eruaris a
muliere aliena. et ab extranea que
mollit sermones suos. et relinquit du
cem pubertatis sue. et pacti dei sui ob
lita est. Inclinata est enim ad mor
tem domus eius: et ad inferos semi
te illius. Omnes qui ingrediuntur
ad eam non reuertentur: nec apprehen
dent semitas uite. ut ambules in
uia bona. et calles iustorum custodias.
Qui enim recti sunt habitabunt in terra:
et simplices permanebunt in ea. Im
pii uero de terra perdentur: et qui inique
agunt. auferentur ex ea. III.

Fili mi ne obliuiscaris legis
mee: et precepta mea custodiat
cor tuum. Longitudinem dierum
et annos uite et pacem apponent tibi.
misericordia et ueritas non te deserant. Circum
da eas gutturi tuo. et describe eas in
tabulis cordis tui: et inuenies gratiam
et disciplinam bonam coram deo et
hominibus. Habe fiduciam in domino
ex toto corde tuo: et ne inuitaris pruden
cie tue. In omnibus uiis tuis cogita
illum: et ipse dirigit gressus tuos. Ne sis
sapiens apud temetipsum: time dominum.
et recede a malo. Sanitas quippe erit
umbilico tuo: et irrigatio ossium tuorum.
Honora dominum de tua substantia. et de primicijs
omnium frugum tuarum: et implebuntur
horrea tua saturitate: et uino torcu
laria redundabunt. Disciplinam
domini fili mi ne abicias: nec defici
as cum ab eo corriperis. Quem enim
dominus diligit corripit: et quasi pater
in filio complacet sibi. Beatus homo qui
inuenit sapientiam: et qui affluit pru
dentia. Melior est enim acquisitio
eius negotiatione argenti et auri:
primi et purissimi fructus eius. preci
osior est cunctis opibus: et omnia que
desiderantur huic non ualent comparari.
Longitudo dierum in dextera eius: et in
sinistra illius. diuitie et gloria. Uie
eius uie pulchre: et omnes semite eius
pacifice. Lignum uite est his qui appre
henderint eam: et qui tenuerit eam beatus.
Dominus sapientia fundauit terram:
stabiliuit celos prudentia. Sapientia illius
eruperunt abyssi: et nubes rore concres
cunt. Fili mi ne effluant hec ab oculis
tuis. custodi legem atque consilium: et erit
uita anime tue. et gratia faucibus tuis.
et ambulabis fiducialiter in uia tua:
et pes tuus non offendet. Si dormieris.
non timebis: quiesces et suauis erit
somnus tuus. Ne paueas repenti
no terrore. et irruentes tibi potenti
as impiorum. Dominus enim erit in la
tere tuo: et custodiet pedem tuum ne
capiaris. Noli prohibere bene
facere eum qui potest: si uales et ipse
benefac. Ne dicas amico tuo uade et
reuertere. et cras dabo tibi: cum statim
possis dare. Ne moliaris amico tuo
malum: cum ille inte habeat fiduciam.
Ne contendas aduersus hominem frus
tra: cum ipse tibi nichil mali fecerit.
Ne emuleris hominem iniustum. nec
imiteris uias eius: quia abhominatio
domini est omnis illusor. et cum
simplicibus sermocinatio eius. Egestas